



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

VII. An baptismus verè tollat peccata?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO VI.

An baptizandi sint Infantes?

HÆRESIARCH. Anonymi extiterunt tempore Bernardi, i. fo teste ac refellente, *serm. 66. in Cant. & Epist. 140.* qui præfractè negabant.

Ex **LUTHERANO** factus **ANABAPTISTA** prius Balthasar Pacimontanus, anno 1527. ait *Ochlaus in Actis Lutheri*: negavit quemquam baptizandum ante ætatis annum XXX. Sed rogus eum hausit Viennæ. Contra scripsit Lutherus & Calvinus. &c. Vide *Luthero-caluin. p. 2. q. 23.*

PAPISTA. i. Mandatum est Domini, Mat. 19. *Sinite paruulos ad me venire; comprimis baptizandos.* Atque tamen si Anabaptistæ hic tricentur, *Domini humilitatem in statura pueri commendasse*, ut Augustinus loquitur; simul tamen indicavit, infantilem ætatem à cælorum regno haud esse alienam: *Talium enim, tum ætate, tum humilitate, est regnum cælorum, quales scilicet afferebant ad eum infantes.*

2. Orig. l. 5. in Rom. 6. *Ecclesia ab Apostolis TRADITIONEM accepit, etiam paruulis dare baptismum.*

Idem Aug. l. 4. de bap. c. 24. Et l. 1. de pec. mer. c. 26. ait, Pelagianos non ausos fuisse negare baptismum paruulorum; quod viderent nimis aperte pugnandū fuisse cum tota Ecclesia.

3. Ratio suppetit. Quia Infantes salui esse possunt: Mat. 19. *Talium est enim regnum cælorum.*

Sinamque peccati Adæ participes esse queunt; cur non & gratiæ Christi? Atqui extra Ecclesiam non est vlli salus; nam Mat. 12. *Qui non est mecum; contra me est.*

Vnde Cypr. l. de Vnit. Eccl. *Non habet Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam matrem.*

Ergo intrent paruuli Ecclesiam oportet. Hoc, nisi per baptismum, facere nõ valent. *Quos enim, Rom. 8. prædestinauit, hos & vocauit, per Ecclesiam: quos vocauit, hos & iustificauit, per baptismum: quos iustificauit, hos & magnificauit, per regnum cælorum.*

Ita Act. 2. *Qui receperunt verbum, baptizati sunt, & apposite sunt anima circiter 3000.*

2. Ratio. Quo minus saluentur infantes baptismo, non est impedimentum.

1. Ex parte prohibitionis diuinæ; Nam Sacramentum pendet ex diuina Institutione.

2. Non à parte *Ministri*, qui tam infantem tingere, quam adultum potest.

3. Non à parte *suscipientis*: in quo adulto fides actualis requiritur: in paruulo non; quia non habens actualem auersionem voluntatis à Deo, non eget actuali conuersione ad Deum vt adultus: nec vltum liberi arbitrij habet, per quod actualiter operetur adhuc, vt adultus; cui dicit Augustinus: *Qui fecit te sine te: non saluabit te sine te.*

4. Non ex parte *Ecclesiæ* ius in baptizatum acquirentis: hæc enim adiuuat ad salutem multis modis.

QVÆSTIO VII.

An baptismus verè tollat peccata?

HÆRESIARCH. I. ORIGENISTÆ sub annum 393. exorti, damnati anno 398. in Conc. Alexandrino,

drino, negabant baptismo peccata tolli; sed regi duntaxat: teste S. Epiph. *har.* 64.

2. MASSALINI damnatam resuscitarunt; Sed damnatur & ipsi in Conc. Ori. tali anno 4. 7. Theodoro *l. 4. de fabulis har.* Alij eandem renouarunt sub annum 597. tempore S. Gregorii, ut ipse refert *lib. 9. epist.* 39.

LUTHERANI pariter ac CALVINIANI idem asserunt pernicaciter. V. Luthero. *c. p. 3. q. 25.*

PAPISTA. Baptismus stirpitus delet, tollitque peccata; teste multiplice Scriptura. Eph. 5. Mundans eam lauacro aquae in verbo vitae. Ezech. 36. Mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

2. Enimvero, 2. Cor. 6. *Quae societas luci ad tenebras? Quae participatio iustitiae cum iniquitate? Quae conuentio Christi ad Belial? Qui consensus Templi Domini cum idolo? Vos enim estis templum Dei uiui.*

At vero, Sap. 14. *Odio est Deo impius, & impietas eius.* Pl. 44. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.*

Quare delet eam per lauacrum aquae in Verbo vitae.

QVÆSTIO VIII.

An baptismus reddat homines impeccabiles?

HÆRESIARCH. Dux hic olim hæreses.

I. IOVINIANI, teste Aug. *l. de her. c. 82.* Baptizatum esse impeccabilem: siq; peccet, non esse tinctum nisi aqua.

Quia, 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare; quoniam ex Deo natus est.*

II. Anonymi tempore Augustini, ut ait *l. 21. Ciuit. c. 25.* docebant, baptizatos non posse damnari, etsi per diuinitimè uiuant: modo ab Ecclesia non desicerent.

LUTHERVS Posteriorem in nouauit errore Priorem CALVINVS Iouinianizans.

Vide meum Luthero-caluin. *parte 3. question. 26.*

PAPISTA. Damnata est utraque hæresis: ut Inimica verbo Dei: Refutataque iam olim ab Hier. & Augustino. Ipsaque eas refutat experientia; adeo multi uerè credentes apostatarunt. Multi apostata resipiscunt, & quandoque reciduiuant, Proinde, *qui stat, uideat ne cadat.*

Nam, 1. Tim. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt a fide.* Gal. 3. *O insensati Galatae, quis uos fascinauit non obedire Veritati: cuius curabat is benè. &c. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: gratia excidistis. &c. Persuasio hac non est ex eo, qui uocat uos. Qui autem conturbat uos, portabit iudicium. Ecce gentem apostatricem.*

QVÆSTIO IX.

Baptismus Christi, & Ioannis an idem fuerint Sacramento & efficacia?

HÆRESIARCH. Petilianus Donatista, teste Heuersore eius S. Aug. *l. 2. contra literas Petiliani c. 32. 34. 37.* asseruit Vnum esse utriusque: quin tres Baptismos distinguebat, Ioannis in aqua, Christi in Spiritu, Paracleti in igne.

LUTHERANI & CALVINIANI, Luthero excepto, vnum utrumque fuisse uolunt. Vide in meo Luthero-cal. *p. 3. q. 31. 32.*

PAPISTA. Iustum anathema in Petilianistas uouos intorsit Conc. *Trid. sess. 7. Can. 1.*

Nec enim Ioannes baptizabat in nomine S. Trinitatis; quippe cuius ipse autor esset:

Sanctus Basilius orat. 13. de bapt. *Ioannes penitentia baptismum predicabat; Do-*